

1
2
3
4
5



1724.

1. Albinus, Jo. Henricus: De jure pauperum in foro Saxo-
nico.
2. Bestineller, Geth. Christianus: De morte venandi vulgo
dicto Klapper-Fagd.
3. Bestineller, Geth. Christianus: De privilegio Ferdinandi
ad medietas utriusque Lusatiae vasallos non inter-
venit.
4. Bestineller, Geth. Christianus: De affectu oblationis ad ju-
vandam mortuum ante praestantem offerendo
5. Bestineller, Geth. Christianus: Decem observationum
forensium varii argumenti. . . disputatio pu-
blica factus.
6. Berger, Christoph Henr. de: Praelecti ac ordinis
jurisconsultorum. . . Decem ad Dissertationem
solemnem Candidati Juris Friderici Wendleri
. . . inquit
7. Berger, Christoph Henr. de: De jure ordinum
imperii territorii circa opera sub Forum
8. Hanaccius, Christianus: Disputatio juridica,
qua jus testandi prodigo contra communem

sententiam assertam . . . tributa

9^{2b} = Haraccius, Christianus: De vere christiano studio
et omni vulgo von Schult. und Crestl. Wozu der Student
den 29 sept.

10. Fenus, Joannes Guilielmus, Rector: Cives academico
et natalium Pomici rite celebrandum invitatio

11. Kammerichius, Diederich Hermann: Ordinis Fane-
Conratorum . . . Decanus: lectori benovolito

s. p. d. (ad dissertationem solennem
Hieronymi Nicolai Gercken invitatio)

12^{a b} = Kammerichius, Diet. Herm: De Augustissimi

imperatoris . . . jure circa constitutio-

nem pontificis Romani commentatus per

motum programmaticis invitatio et dis-

putationem inaug. Behrdricksonem publicam

Luci exposita. 29 sept. 1724 u. 1740.

13^a Kemmerich,

13^b Kemmerich, Del. Herm, Ord. juridic. . . . Decanus ?
Ad reputationem inanis. Joann. Nicola. Biellii iuri-
lat.

14. Kemmerich, Del. Herm: Ordinis juridici . . . Decanus ?
Ad reputationem solemnem J. Hieronymi Valke. . .
iuristat.

15. Kemmerich, Del. Herm: Ordinis juridici t. f. Decanus:
Ad reputationem solemnem . . . Christiani Guilielmi
Pöppelmanni . . . iuristat.

16. Kemmerichius, Dictionum Romanarum: Exercitationes
juridicae, quae capita quaedam iudicii
promerentur ea lege diffamari, illustran-
tur.

17. Kaeppelinus, Gtrtp. Arnold: Dissertationes publi-
cae in . . . J. n. Joannis Henrici . . . Domini
de Berger positiones juris a Lamberbachii
Compendio selectae et in 24 exercitationibus
reductae intin et .

18. Kuesel'sius, Gotfr. Reinoldus: Dissertatio juridica, quae
 solum citationem ecclesiam legitime factam ad
 creatorem ipsorum procelliorum sufficere. —
 publice defendit.
19. Kuesel'sius, Gotfr. Reinoldus: Dissertatio juridica,
 qua laetum campum particulaem emancipationem
 jure domesticis fundatum --- potius esset
 abque defendit
20. Kraussius, Johanne Gotfrido: De eo, quod iustum
 est circa prenam furti inprimis jure
 Sarmico.
21. Kraussius, Joh. Gotfr: De eo, quod iustum est circa
 prohibitionem per testes domesticos.
22. Kraussius, J. Gotfr: De eo, quod iustum est circa
 praedia deserta in Saxonia
23. Kraussius, J. Gotfrido: De eo, quod iustum est
 circa tabulam maternam tam de jure commu-
 ni, quam jure Germanico atque Saxoniae
24. Kraussius, J. Gotfr: De eo, quod iustum est circa
 permutationes intuitu sponsaliorum.

762^{cc}
Q. D. B. V. 1724 5

DECADEM *M*

**OBSERVATIONVM
FORENSIVM
VARI ARGVMENTI**

PRAESIDE

**GEBHARDO CHRISTIANO
BASTINELLERO ICTO**
SAC. REG. MAI. POL. AC PRINC. ELECT. SAXON.
CONSILIARIO AVLICO ATQVE IUR. PROF. PVBL.
ORDIN. ETC.

IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI

AD D. APRIL. cl^o 1^o cc XXIV.

DISPVATIONE PVBLICA

TVEBITVR

AVTOR ET RESPONDENS

IO. CHRISTIANVS POSERVS
SCHOENAV. MISN.

VITTEMBERGAE LITERIS VIDVAE CREVSIGIAE. *4 1/2*

Q. D. R. N.

DECADEN

OBSERVATIONVM
FORENSIVM
VARIIS ARGUMENTIS

PRÆSIDIO

GERHARDO CHRISTIANO
BASTIENELLENO IUSTO

SACRÆ MAI. POL. AC PRINC. ELECT. SAXON.
CONSILIARIO AVLICO ATQVE IUR. PROE. PAB.
ORDIN. ETC.

IN ACADEMIA NITTEBERGENSI

AD D. ABRIL. MDCLXXXVII.

DISSENTATIONE PUBLICA

AVTHORIS

NATOR. ET RESPONDENS

IO. CHRISTIANVS ROSERVS

SCHOLÆ NITTEBERGENSIS

ALTMARCKISÆ LIBRARIJ APT. CHRISCHIANI



DECAS
OBSERVATIONVM
FORENSIVM
VARII ARGVMENTI.

OBSERVATIO I.

Patris Creditor esse desinit ille, qui, mortuo patre, filii denuo datam fidem est fetus, et hunc per renouatum debiti instrumentum pro solo debitore agnouit. Orto itaque dehinc super filii bonis concursu creditorum, filiae ob dotem, quam filius ex feudo paterno, ipsis praestare debet, istius modi creditori iure meritoque praeferuntur.



perti et manifesti iuris est: tunc solum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrabentes expressum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt, alioquin et manere pristinam obligationem, et secundam ei accedere, ut maneat ex utra-

que causa obligatio l. ut. Cod. de Nouat. §. 3. l. Quib. mod. toll. oblig. add. DECIS. EL. SAX. LXVI. Quodsi igitur patris creditor, post eius obitum, solius filii

fidem, in peculiari instrumento denuo corroboratam, secutus, a simul relictis filiabus solutionem non petierit, sed sciens potius prudensque passus sit, ut filius cum istis de certa dote, ex feudo paterno praestanda, conueniret, iisque, maioris securitatis causa, in hoc feudo hypothecam, consensu domini directi munitam, constitueret, deinde uero accidat, ut super filii bonis creditorum concursus fiat, tunc omnino super eo disceptandum erit, utrum scilicet dicto creditori prae filiabus, an his prae illo, ius praelationis sit tribuendum? Pro creditore quidem militare, uideri poterat, quod ad initium debiti, a patre contracti, ante omnia attendendum sit, atque adeo filiabus ex ipsius bonis dos aatea non debeatur, quam creditoribus paternis sit satisfactum, imo nouatio etiam non inducatur, nisi haec disertis uerbis facta fuerit. Sed haec non obstant, quo minus filiarum causa potior sit, si modo probe considerare uelimus, quod patris creditor hoc loco filii, ut paterni heredis, fidem, habita delegationis ratione, infolidum sit secutus, filiasque ita non aliter, ac si uera solutio interuenisset, ab obligationis uinculo plane pleneque liberauerit. Is enim fidei datae et acceptae effectus est, ut nec creditori, nec debitori, amplius poenitere liceat, sed obligatio ipsis etiam contrahentium ossibus arctissime huedum inhaereat. In euidens itaque incurrit periculum creditor, si debitor secutus, cuius fidem ille secutus est, ad paupertatem redigatur, siquidem hoc in casu creditori regressus non datur contra primum debitorem, a quo ipsum debitum originem suam acceperat. Primus enim debitor, postquam creditori uoluntaria secundi debitoris

ris

ris receptio, quae uice solutionis fungitur, placuit, ius liberationis acquisiuit, id quod ipsi postea nequit auferri, ne alioqui primus debitor in infinita maneat obligatione, atque sic per factum creditoris, qui sponte alium debitorem agnouit, intolerabili damno super futura rerum suarum fortuna respondendi afficiatur. Et ex his quidem liquido, putamus, apparebit, quod nouandi animus ex ualidis etiam praesumptionibus elici, atque ex eo, quod posterior actus cum priori nequeat componi, uel, ut uulgo loquuntur, incompatibilis sit, certum factae delegationis, aut nouationis, argumentum depromi possit. Nam ex communi DD. sententia, forique usu, non necessum est, ut expressè semper delegationis mentio fiat, uerum ista perficitur et consummatur sine nomine per ea requisita, quae lex desiderat, insuperque ex istiusmodi indiciis, quae aliam, quam rei sic gestae interpretationem, haud admittunt, colligitur. Sicuti enim *delegare*, est, *uice sua alium reum dare creditori*, l. 11. π. de Nouat. ac naturalis effectus delegationis est, ut prior reus talis esse desinat, simul ac creditor posteriorem reum probauit: ita nec hic aliud negotium subest, ubi patris creditor filio fidem habuit de debito paterno, eumque, dimissis filiabus, sua sponte pro uero soloque debitore admisit. Iure hinc et ex merito suo filiae propugnant, quod is, qui semel filii creditor factus est, re non amplius integra, pro patris creditore nequaquam reputari possit, eo potissimum respectu, quasi ipsis ille praefendus sit. Talis enim creditor super supina sua negligentia et nimia facilitate conqueri et semet ipsum inculcare debebat, quod,

quod, cum bona patris idonea satis atque sufficientia essent, maluerit filii fidem sequi, eique dilationem concedere. Iustum et aequum itaque est, creditorem nostrum non ut patris, sed ut filii, creditorem iudicari, proptereaque illum, cum ius ipsius in bonis filii tantum personale, filiarum autem ius hypotheca feudali munitum sit, ac privilegiatum, filiabus postponi. Illustratur hoc argumentum Responso Iuris, ab Ordine Iuridico Vittembergensi Mense Aprili c 15 15 c c xxiii. ad interrogationem Christiani Adolphi Porchtens suppeditato: Wenn gleich, bekanten Rechten nach, eines verstorbenen Debitors Kinder aus dessen Verlassenschaft, ehe und bevor die Väterliche Schulden getilget, kein Väterliches Erbe, oder dotem, praetendiren können, folglich auch dieselben, dasern über das Väterliche Vermögen ein Concurs entstanden, an demjenigen, was nach Bezahlung aller und ieder Väterlichen Gläubiger übrig bleibet, sich begnügen lassen müssen;

L. 39. §. 1. l. 165. π. de Verbb. Signif.

L. 69. π. ad L. Falcid.

L. ult. π. de Vsu et usuf. leg.

L. ult. §. 5. Cod. de iure delib.

L. 72. pr. π. de iur. dot.

L. 8. Cod. ad L. Falcid.

L. 2. §. 1. π. de Collat.

L. 6. in f. Cod. de Collat.

L. ult. §. 4. Cod. de bon. quae liber.

Dennoch aber und dieweil allhier, dem Anführen nach, nicht über des Vaters, Christoph Adolphi de P. Verlassenschaft,

fenschaft, sondern über des Sohns gleiches Namens Vermögen, ein Concurſus erzeuget worden, und dieser vorher mit seinen zwey Schwestern, Sibyllen und Marthen, derer Ehe- und Schmuck-Gelder halber sich dergestalt verglichen, daß er einer jeden disfalls 1006. Fl. aus dem vom Vater ererbten Lehn-Guthe Tr. zu bezahlen versprochen, ihnen auch letztgedachtes Guthe dieserwegen mit Landes- und Lehnsherrlichen Consens zum Unterpfande beschreiben, dahingegen der concurrirende Creditor, Christoph Ehrenfried von Pl., eines Theils seiner bey dem Vater, Christoph Rudolphsen de P., gehabten Forderung halber auf das Lehn-Guthe Lud. welches der Sohn und debitor communis weder vom Vater ererbet, noch sonst überkommen, sich versichern lassen, mithin aus solchem Guthe bey dem Lehns-Folger seine Bezahlung suchen sollen,

In Saxonia enim Electorali debita feudalia simpliciter ex feudo sunt praestanda,

CONST. EL. XLVI. P. II. ibique CARPZ. def. 7. et def. 8. n. 7.

B. STRYK. Diss. de obligat. feud. conf. dom. mun. Vol. III.

B. HORN. Iurispr. Feud. cap. XXI. S. 2.

andern theils derselbe nach des Vaters Tode den Sohn mittelst einer absonderlichen Obligation zu seinem Debitor angenommen, und auf ihn gesehen, also nicht mehr vor des Vaters, sondern vor des Sohnes Creditore zu achten,

Quodsi enim creditor semel alicuius fidem secutus sit, illam postea improbare nequit. Hinc igitur, qui semel secutus est fidem unius heredis, ut scilicet illum solum convenire liceat, postea adversus ceteros caret actione.

L. II. π. de Nouat.

l. 5. l. 18. Cod. de Pact.

l. 1. §. 10. et II. π. de Separat.

arg. l. 9. π. de Neg. gest.

MENOCH. Conf. 370. n. 29.

ID. de Praesunt. L. III. praesf. 134. n. 39. sq.

MEV. P. VII. Dec. 10.

B. STRYK. Dissert. de fide habita cap. 5. n. 12. sqq.

Dn. de BERGER. Oecon. Iur. pag. 886. not. 3.

Im übrigen aus dem Lehn die verconsentirte Lehn-Schulden vor denen anderen Schulden, welche vor Lehn-Schulden nicht zu halten, und weshalb kein Consens vorhanden, allerdings zu befriedigen,

CONST. EL. XXV. & XLVI. P. II.

Gerichts-Ordn. Tit. XLV. §. 10. Desgleichen wann ic.

CARPZ. P. II. Const. 46. def. 33.

add. STRUV. Synt. Iur. Feud. Cap. XIII. §. 7.

n. 6. et Cap. XIV. §. 27.

Immassen auch die Töchter wegen ihrer Ausstattung aus dem Väterlichen Lehn, vor allen anderen ihrer Brüder Gläubigern, wenn schon dieselben von denen Brüdern ausdrückliche hypothec darauf erlanget, zu bezahlen,

Gerichts-Ord. Tit. XLV. §. 13. Es trägt sich ic.

So erscheint daraus allenthalben soviel, daß Christoph Ehrenfried von Pl. mit seiner Forderung aus dem Lehn-Guthe Sr. und von denen darauf licitirten Käuffgeldern vor des debitoris communis Schwestern ihrer verconsentirten Lehn-Schuld nicht zuzernügen. W. H. W.

OBSER-

OBSERVATIO II.

Dispositio legis XI. Cod. *Qui pot. in pign.*, secundum quam publica hypotheca priuatae, nullo habito temporis discrimine, praefertur, ad hypothecas tacitas, siue legales, haud pertinet.

Genuinus adductae legis XI. Cod. *Qui pot. in pign.* sensus non alius est, quam quod, posteaquam instrumentum obligationis rite confectum fuerat, uel de personali actione, aut de hypotheca, in hoc ipso instrumento constituta, eiusque praerogatiua et praelationis iure, in concursu cum aliis creditoribus hypothecariis, quaestio exoritur. Priori casu supposito, nihil omnino refert, siue eiusmodi instrumentum autoritate *publica*, scilicet iudicis, uel notarii, siue *priuatim*, siue adhibitis testibus, siue secreto, factum sit. Sine ullo enim istarum rerum discrimine actio personalis aduersus contrahentes exerceri potest, dummodo hi instrumentum scripserint, uel saltem eidem isti subscripserint. Posteriori autem casu, si de hypotheca, in hoc instrumento constituta, lis moueatur, distinguere placet Legislatori, utrum illud ipsum instrumentum *publice*, aut *quasi publice*, id est, cum trium uel plurium probatae atque integrae opinionis uirorum subscriptione, confectum, an *priuatim* a contrahentibus tantum sine aliorum interuen-
 B
 tu

tu scriptum fuerit. Et sic ipse quidem Legislator *publicum* ac *quasi publicum* instrumentum, cum in eo fraudis suspicio exulet, *privato* ita praefert, ut hypotheca, in privato instrumento, constituta, licet haec tempore prior sit, hypothecae, in publico instrumento concessae, quantumvis posteriori, omnino cedere debeat. Cum igitur hac in lege de concursu duarum *expressarum* hypothecarum inter se, quarum altera quidem *privata*, altera vero *publica*, siue *quasi publica*, nempe trium uel plurium testium subscriptione corroborata, est, duntaxat sermo sit, plane non liquet, quare iatione I Cti Giffenses illam ad hypothecas *tacitas*, siue *legales*, prorogare, item inter hypothecam legalem, simpliciter talem, et eam legalem, cui hypotheca conuentionalis publica accessit, distinguere, atque legalem simplicem, etsi priorem, alteri legali, licet posteriori, postponere potuerint. Putarunt utique illi, quod, quando tacitae, uel legali, hypothecae insuper publica contrahentium conuentio de iure pignoris constituendo accessisset, maiori cum efficacia uniuersum negotium celebratum fuerit, quam ubi sola lex iura pignoris tribuat, quoniam duplex uinculum fortius, quam unicum, liget. At enim uero nullam uidemus idoneam rationem, cur a communi obseruantia fori recedere, legisque uerba ultra disponentis mentem et uoluntatem extendere, nos oporteat, quoniam lex nostra super tacitis, uel legalibus, hypothecis ne unica quidem syllaba disponit. Conuentionis enim uinculum, cum hoc loco pro impertinenti plane, atque superfluo habendum sit, fortiorem obligationem, ac pinguius ius, conferre non potest, cum ille satis tutus sit, cui leges pigno-

pignoris iura decernunt. Accedit, quod inter illos, quibus leges tacita prospiciunt hypotheca, eiusmodi personae subinde reperiantur, quae ob aetatis rationisque imbecillitatem sibi ipsis satis providere et praecavere nequeunt. Horum autem rebus male consideretur, si alter per conventionalem hypothecam, fraudulenter adiectam, ius ius competens infringere valeret. Hinc Ordo Iuridicus Vittembergensis Mense Febr. c. 10 1000XV ad consultationem des Hoff: und Cammer: Gerichts zu Berlin Dominorum Gissenfium sententiam verbis sequentibus reformare non dubitavit: Daß, soviel N. drittes und viertes Graumamen, N. beyde Graumamina, und N. ersten Graumaminis dritten Punct betrifft, wohl appelliret, deswegen ermelte N. mit 1000. Rthl. und 500. Rthl. Capital noch der ersten und noch vor der andern, ingleichen mit 300. Rthl. Canach der andern und noch vor der dritten, endlich mit 200. Rthl. Capital etc. nach der dritten und noch vor der vierten Classe zu befriedigen. B. R. W.

Rat. Decid. Obwohl nach dem *leg. XI. Cod. Qui pot. in pign.* die Hypothecae publicae denen privatis, wenn gleich diese älter, vorgezogen werden, und die I Cti Gissenfes in sententia a qua solchen legem auch auf die hypothecas legales appliciret, gestalt sie diejenigen Gläubiger, welche sich darüber noch mit einer conventionali publica prospiciret, denen ebenmäßig privilegierten, so an der legali sich begnügen lassen, ohne Unterscheid der Zeit vorgesehet; Dieneil aber der angezogene *Lex XI. Cod. Qui pot. in pign.* eines theils nur von solchen hypothecis publicis redet, so conventionem cum debitore super hypotheca zum Grunde haben, andern theils aber das
 B 2
 ius

ius praelationis, welches darinnen enthalten, singulare ist, und dahero auf die hypothecas legales keinesweges zu erstrecken,

BERGER *Elect. Discept. For. Tit. XLVIII. Not. 3. p. 1638.*

ID. Oecon. Jur. Lib. II. Tit. 5. not. 5. p. 528.

In mehrer Erwegung sonst bekant,

quod hypotheca legalis ex legis dispositione solitaria inducatur, non concurrente conventionione hominum, neque expressa, neque tacita, et quemadmodum hypothecam conventionalem ipsa conventio, ita legalem sola lex positiva, constituat.

STRYK *Vf. π. mod. tit. Quib. mod. pign. tacit. contrab. §. 4.*

Hiernächst diejenigen, so zu Erbauung eines Hauses Geld vorgeschossen, neben der hypotheca legali ex personali privilegio einen Vorzug genießen,

l. 1. π. In quib. pign.

l. 24. §. 1. π. de Reb. auct. iud. possid.

j. l. 2. Cod. de Aedif. priu.

ungleichen, wenn sie mit einander concurriren, bey Zeit nach zu befriedigen seyn, &c.

MENCKEN *Tract. Synopt. π. tit. de Reb. auct.*

iud. possid. p. 534. in f.

So sind wir &c.

OBSER-

OBSERVATIO III.

Actio de pauperie contra dominum animalis institui nequit, si quando ferri conductitii, immo etiam laesi, uel eius parentum, culpa concurrat.

Ex damno, ab alterius animali illato, dominum eius actione, quam *quadrupedariam*, item *de pauperie*, uocant, ad praestandam damni aestimationem, uel ad animal noxae dedendum, conueniri posse, iuris nostri principia tradunt. Quemadmodum uero haec experiundi potestas non conceditur, praeterquam, si animal contra naturam sui generis, proprio motu, et sine tertii culpa, nocuit; ita actio ista cessat, quando uel famuli conductitii, uel eius etiam, cui noxa illata est, negligentia nocendi causam praebuit. Fac enim, eum, qui agris aliorum colendis operas suas locauit, atque ad peragendos eiusmodi labores ministerio alterius semet consecrauit, commissam sibi regendorum equorum curam negligenter admodum tractare: fac ulterius, parentes parum infantes suos custodire, et ad eorum passus atque gressus pro eo, quo parentes decet, officio, cum primis illo tempore, quo omnia messium turbis perstrepunt, non attendere, atque adeo accidere, ut infans, in uia publica circumambulans, uitaeque periculo, quantumuis instanti, uitando impar, in equos citato cursu ferentes ruat, et ingens damnum, mem-

bris quibusdam insigniter laesis, sentiat. Cum igitur equi in hoc ipso temporis momento a suo gubernatore, alias satis perito, praesertim ob loci viaeque angustiam, retrahi, et a ueloci cursu in alium locum deduci, dirigique, haud potuerint, quaestio formari poterat, num infantis parentibus contra dominum eorum ex famuli malefacto agendi ius enatum fuerit? Iure quidem Romano actionem noxalem etiam ex damno, a seruis illato, contra dominum instituere licebat; at alia olim erat Romanorum seruorum, alia autem modernorum nostrorum famulorum, quorum opera uti solemus, est conditio. Et licet moribus quoque hodiernis dominus de ministri sui male gestis, damnoque inde emergente, respondere debeat, hoc tamen, testante usu fori, non aliter procedit, quam si uel dominus ministri delictum prohibere potuerit, uel si, ministro in officio delinquente, dominus in eligendo, aut retinendo, eo culpam admiserit, *arg. l. 27. §. 9. π. ad L. Aquil. l. 11. pr. π. locati*. Alioqui uero nulla aduersus dominum postulatio locum inuenit. Iudex interim, imploratus, famulis residuum mercedis a domino solui prohibet, laesisque adeo ex illo recte satisfacit, *Land-R. lib. 11. art. 32*. Quodsi ergo is, qui damnum passus est, probare nequeat, dominum, quod famulus, quem sibi elegit, minus prouide in officio uerfetur, sciuisse, uel ipsum, hoc nomine admonitum, nihilominus famulum conduxisse, uel, posteaquam ipse desidiam eius reapse comperit, istum retinuisse, dominus nullo quidem iuris uinculo ad damnum resarciendum adigi potest. Sin autem fingamus, domino culpae quid in eligendis

dis ministris omnino tribui posse, damnumque ex insigni eorum negligentia ortum esse, quaeritur, an reus conuentus excipiendo, ac reprobando, culpam actoris pariter concurrisset, huius ipsius intentionem elidere, et ab instituta actione se liberare, queat? Id quod affirmandum esse, censemus. Quamquam enim culpa actoris, qui damnum perpeffus est, culpam rei, qui damnum intulit, tollere aut abolere non ualeat; cum tamen in pari turpitudine melior semper sit conditio possidentis, hinc et nemini restitutionem damni, sua culpa promoti, ab altero expetere integrum est. Et hoc quidem eo magis obseruandum esse, identitas rationis suadet, quo insignior grauiorque rei, quam actoris, culpa appareat. Quod reliquum est, formulam sententiae cum rationibus decidendi, ad interrogationem derer Fürstl. Schwarzbürgischen verordneten Cansler und Ráthe zu Sondershausen in causa Hans Paul Schmiedens, Klágers an einem, contra Christian Rudolph Herhogen, Beklagten andern theils, a Scabinis Vittembergensibus Mense Decemb. MDCCCXX. latam, subiungere libet: Daß Klágers wieder Beklagten Vol. sub O fol. 74. gerichtetes Suchen gestalten Sachen nach nicht statt hat, die beyderseits aufgewandte Unkosten aber sind aus bewegenden Ursachen gegen einander billig zu compensiren und aufzuheben. Rationes Decid. Diemeil bekandren Rechnen nach die actio de pauperie contra dominum Animalislanderer gestalt nicht, als wenn das Vieh den Schaden sine alterius culpa zugefüget, statt hat,

l. i. §. 4. 5. 6. π. si quadrup. pauper. fec. dicas.

Und

Und hiernächst aus denen ergangenen Acten, insonderheit ex Vol. sub O. fol. r. a. et b. fol. 13. sqq. et Vol. sub C. fol. 41. b. sqq. sich zur Gnüge äussert, daß eines Theils Kläger selber nicht außer Schuld, daß sein Kind von Beklagens Pferden beschädiget worden, massen er solches, zumahl es nur 7 Jahr alt, besser in acht nehmen, und nicht am Wege stehen lassen sollen, andern theils aber des Kindes Verwahrlosung vornehmlich dem Knechte, so zu denen Pferden gehalten worden, und zwar um deswillen, daß er hinten auf den Wagen gestanden, und, an statt auf den Weg und die Pferde gebührende Acht zu haben, mit dem hinter ihm herfahrenden Hansß Heinrich Teufften geredet, auch die Pferde nur bey dem Leud: Seile gehalten, hingegen Beklagtem hierunter keine culpa bezuzumessen, in mehrerer Erwegung, daß der Knecht, als ein Mensch, so die Pferde nicht regieren können, nicht beschrieben, noch, daß Beklagter dessen imperitiam et infirmitatem gewußt, und also in desselben Annehmung, oder Beybehaltung, eine culpam begangen, angeführet wird, Im übrigen ermeldter Beklagter des Knechts rückständiges Lied: Lohn samt dessen Mobilien ausgeantwortet, und Kläger gleichwohl so viel vor sich hat, daß er pro temerario litigatore nicht zu achten: So ist, wie im Urthel enthalten, erkandt.

OBSERVATIO IV.

Pacta successoria, eaque renunciatiua, etiam in terris Saxoniae Electoralis, a foemina sine iuramento ualide fieri possunt.

Pacta, quibus nondum delatae, ab intestato tamen nobis

nobis obuenturae hereditati renunciatur, perinde, atque alia pacta successoria, iure Romano prohibita fuisse, constat. Illa enim contra bonos mores et ius gentium Quiritibus uidebantur *l. 29. §. f. π. de Donat. l. 4. C. de inutil. stipulat.*, atque Romani, uotum captandae mortis subesse, suspicantes, lege tantum et testamentis, non uero pactis, deferri posse hereditates, opinabantur *l. 52. pr. π. de pactis l. 19. C. eod.*, ipsamque testandi facultatem inuiolatam et liberrimam esse, uolebant. Ius uero Canonicum iisdem licet uestigiis insistat, in eo tamen iuri Romano quadantenus derogat, ut huiusmodi pacta rata atque seruanda esse iubeat, quando iureiurando, neque ui, neque dolo, praefito, corroborata sunt *c. 2. de pact. in 6.*, siquidem hoc iure omne iuramentum est seruandum, quod non uergit in aeternae salutis dispendium, nec redundat in alterius detrimentum *c. 28. X. de Iurei.*; cum ex aduerso moribus Romanisiuramenta actum, per se inualidum, nullo modo ualidum efficiant, sed tanquam accessorium cum actu principali, quem sequuntur, corruant. Videamus in praesenti, quid Germanorum moribus hoc in passu conforme sit, et quidnam roboris pactis renunciatiuis iisdem isti suppeditent. Apud omnes, et, Tacito teste, apud ipsos etiam Romanos, in confesso est, insignem uiguisse omni aeuo apud Germanos fidei seruandae religionem, ut pacta, serio et deliberato inita, uiolare grande nefas, et homine prorsus indignum, iudicarent. Neque enim ea, quae in quouis homine praesumitur, bonitas et animi integritas permittit, ut statim suspicemur, futurum eiusmodi heredem, lucri consequendi aut maturius acquirendi cau-

C

sa,

fa, nefanda et horrenda quaeuis machinatorum, insidiasque vitae et corporis ei, cuius hereditatem sperat, structurum esse. Istiusmodi enim cogitandi rationibus si locum relinquere uelimus, innumerae aliae conventiones, et ipsae quoque ultimae uoluntates, abrogandae essent. Neque etiam *lex 52. pr. π. de pactis* obest, quo minus Legislatores alium acquirendae hereditatis modum introducere queant. Praeterea, cur testandi facultas, Legislatore consentiente, pactis successoriis non possit adimi, nullam uidemus urgentem rationem, cum unicuique fauori pro se introducto renunciare, eoque ipso se inhabilem ad testandum reddere, integrum sit. Sane ipsum ius Romanum per modum arrogationis, et donationis omnium bonorum, libera testandi potestate se abdicare, indulget. Addimus his, quod mores et consuetudines nostrae permittant, ut aliquis pacto hereditati, quam sperat, deficiente quantumuis iurisiurandi uinculo, efficaciter renunciare possit, ut comprobatur textus *des Land-Rechts Art. 13. lib. 1. add. SCHILTER ad π. Exerc. VIII. ibes. 40.* Equidem DN. MENCKEN in *Synopsi. Tract. π. ad Tit. de pactis pag. 44.*, cum non satis constans Germaniae hac in parte sit obseruantia, hoc super negotio ita pronunciat, ut, hodiernum ad dispositionem iuris Canonici tutissime attendi posse, existimet. At uero ad iuris quandam necessitatem trahendum hoc ipsum esse, persuadere nobis non possumus, maxime, cum superflua iuramenta omnibus modis euitanda sint. Ius enim Romanum in subsidium saltem tum demum, quando silent leges domesticae, a Germanis ita introductum est, ut eo ipso tamen ius Germanicum abro-

abrogatum plane non fuerit. Cum ergo hic expressa legantur legis patriae uerba, quare ad aliarum gentium placita recurrere, eaque cum inueteratis nostris institutis commutare, aut commiscere, debeamus, haud liquet. In Saxonia Electorali per Constit. D. AVGVSTI XXXV. P. II. tota haec res plerisque Interpretibus ita uidetur decisa, ut renunciaciones iniuratae, a masculis factae, subsistant, eae uero, quae a sequioris sexus personis suscipiuntur, non aliter, nisi iureiurando corroboratae fuerint, iuris effectum consequantur. CARPZOV. P. II. *Const. El. 35. def. 6. et 8.* MENCKEN *Synopt. Tract. π. p. 44.* Verum, si ipsa Serenissimi Legislatoris uerba accuratius tantisper nobiscum perpendere uelimus, longe aliam mentem atque sententiam Istius fuisse, deprehendemus. In adducta enim Constitutione non ille casus, nempe utrum renunciaciones hereditatum iurato fieri debeant? sed plane diuersus, num scilicet renunciatio, a filia iurato facta, ob laesionem enormem rescindi possit? uentilatur, et negando deciditur, adeoque iuramentum non ad substantiam pacti renunciatiui, sed ad impediendam enormissimae laesionis querelam, requiri, haud obscure innuitur. Quare cum haec res, etiam in nostris Electoralibus terris, dispositioni iuris Saxonici communis adhuc subiaceat, satis abunde hereditati uel a filia, uel ab alia scemina, solis conuentionum uerbis, et adhibito Curatoris consensu, renunciari potest. Atque hinc est, quod nuper admodum Icti Lipsiensis in hanc sententiam ad interrogationem Io. Wilhelmi Soufron, *Amtmanns zu Cölleda*, in causa *Susannen Marien Pollin, Klägerin an einem: Marien*
 C 2 Elisa

Elisabeth Hagemeyerin, Beklagtin andern theils, uerbis sequentibus responderint : Daß Beklagte von der erhobenen Klage zu entbinden und loszuzehlen, additis hifce rationibus : Obwohl Kläger in der Bescheinigung allerdings soviel heybracht, daß Beklagtin ihres Ehemannes Verlassenschaft, insonderheit aber in einem oder dem andern Grund=Stücke, sich angemasset habe, folglich, als ob libellirter massen zuerkennen gewesen, es scheinen möchte; Diweil aber dennoch klagende Pollin nach Anleitung des Documents sub num. 4. fol. 167. der Väterlichen Erbschaft gegen Empfang gewisser Grund=Stücken cum Curatore sich begeben, und solches, da sie bereits verheyrahtet gewesen, geschehen, bey welchen Umständen die sonst von einigen Rechts=Gelehrten erforderete eybliche Renunciation nicht nöthig ist, und obgleich die Verzicht, da Klägerin kaum neunzehen Jahr alt gewesen, also in ihrer Minorität, erfolgt, doch auch das nach erlangter Majorennität zur Wiedereinsetzung in vorigen Stand geordnete quadriennium schon längst vor Anstellung der Klage verlossen gewesen, diesemnach Klägerin an der Väterlichen Erbschaft kein ius agendi weiter zustehet. So ist gesprochen massen von Uns billig erkant. Et huic doctrinae postea quoque Ordo Iuridicus Vittembergensis, cum causa haec, leütatione interiecta, ad illum transmitteretur, Mens. Jun. c10 10 cc xxiii. adtipulatus fuit.

OBSER-

OBSERVATIO V.

Iudex inferior, qui alterum, neglecta prouocatione, carceri tradit, praeter poenam, superiori magistratui soluendam, incarcerato quoque ad Emendam Saxoniam obligatus est.

Nemini unum ob delictum duplicem poenam esse infligendam, communia et sanae rationis, et iuris nostri, praecepta inculcant. Sicuti enim ea poenae ratio semper habenda est, ut proportio et aequalitas inter illam, commissaque crimina, obseruetur, neque ipsius grauitas superet delicti atrocitatem: ita iusto duriores essemus, et iustitia, quae in habitu seruandi aequalitatem consistit, minus recte administraretur, si praeter unam poenam, criminis grauitati satis conuenientem, altera insuper decernenda foret. Et hoc in causa est, quod, duabus poenis in aliquod delictum statutis, unius irrogatio alteram absorbeat, similiterque actus, quem leges nullum declarant, suoque effectu priuant, peculiari poena rarissime coërceatur. Imo fieri potest, ut factum, quod certo respectu illicitum est, alia tamen ratione iuris effectum adipiscatur. Sic iure Romano is, qui in alterius prohibentis fundum uenandi causa ingressus est, ut ut factum admittat illicitum, eoque nomine prohibenti actione iniuriarum teneatur, *l. 16. π. de seruit. praed. rustic. l. 3. §. 1. π. de acquir. rer. dom. l. ult. §. 3. π. Quod ui, aut clam. l. 13. in fin. π. de Injur. nihilo tamen*

tamen secius *feram*, ibi occupatam, ille retinet, sibi-
 que acquirit. §. 12. 1. *de Rer. diuis.* Pari modo, licet
 etiam iste, qui alienam purpuram sciens uesti suae in-
 texuit, pro fure quidem reputetur, atque actione fur-
 ti et furtiua condictione conueniri possit, dominium
 tamen eius iure accessionis insimul acquirit, purpu-
 ramque suam facit §. 26. 1. *de Rer. diuis.* Alia autem
 planeque diuersa ratio est, quando uel lex speciatim,
 ut in incestis nuptiis, tum nullitatis poenam, tum pe-
 culiarem coërcitionem sancit, uel duae poenae diuer-
 sum ad effectum, aut ad diuersarum utilitatem persona-
 rum, directae sunt. Tum enim, nisi utrique poenae
 locum dare uellemus, finis poenarum uix obtinere-
 tur. Neque etiam, ubi e. g. partim priuatus per al-
 terius delictum quid detrimenti patitur, partim ma-
 gistratui certum poenae genus soluendum, utrique
 aliter satisfieri potest, quam suum cuique pro modu-
 lo iustitiae admetiendo. Hinc in causa stupri multis
 in locis praeter carceris poenam, in iudicio seculari
 praestandam, poenitentiam iniungi ecclesiasticam,
 deprehendimus. Pariter homicida culposus, praeter
 relegationem, occisi consanguineis Werigeldum in
 Saxonia praestare, atque ille, qui iniuriis alterum rea-
 libus afficit, et magistratui poenam publicam, et illi,
 cuius corpus laesum est, Emendam, in pretio dolo-
 ris et carentiae laboris consistentem, luere obstringitur.
 Super affini istiusmodi argumento Ordo Iuridicus
 Vitteimb. a Praefecto Augustiburgensi Mense Aprili
 c15 15 cc xxiii. consulebatur, posteaquam is super
 eo informari discupiebat, num iudex, qui, neglecta
 appellatione interposita, subditos arresto detinuerat
 perfo-

personali, atque a superiori iudice ob contemptum
 prouocationis iam multatus erat, incarceratis etiam
 Emendam Saxoniam, quae pro singulis diebus no-
 ctibusque quadraginta grossorum est, praestare in-
 super teneatur? Vbi Scabini quidem Lipsienses in
 negatiuam responderant, his uerbi usi: *Daß Hansß
 D. und Consorten Suchen der Sachsen-Buße halber,
 weil das Decisum wegen derer streitigen Schutt-Führen
 vor ihre Gerichts-Obrigkeit, Herrn W. Chr. von U., aus-
 gefallen, dessen Gerichte aber, da sie die incarceration
 pendente appellatione unternommen, bereits absonder-
 lich zur Straffe gezogen worden, nicht statt hat. Sed
 postea, cum, interiecta leuteratione, acta ad Ordinem
 Iuridicum Lipsiensem transmitterentur, contraria sen-
 tentia, sequentibus uerbis concepta, eidem isti arrisit:*
*Nunmehr aus denen Acten soviel zubefinden, daß Hansß
 D. und Consorten Suchen der Sachsen-Buße halber, in
 Ansehung, daß durch die Appellations-Straffe das In-
 teresse priuatum keines weges weggefallen, statt hat. Et
 hanc ipsam posteriorem sententiam, cum, admissa de-
 nuo leuteratione, Acta ad Ordinem Iuridicum Vit-
 temb. deferrentur, idem hic suffragio suo pariter cor-
 roborauit. Haec autem, utut ita recte sese habeant,
 operae tamen pretium esse putamus, ut eas, quibus
 dissentientes nitebantur, rationes breuiter, et uel tri-
 bus, hucdum attingamus. Nimirum opinabantur
 isti, quod incarceration per se iniusta, aut iniqua, hoc
 loco non fuerit, posteaquam cuilibet iudici potestas
 subditos, in operis debitis praestandis contumaces,
 carcere ad officium redigendi indulta, imo in praes-
 senti casu res pro iudice incarcerante decisa sit.* Au-

tu

